·7.3

Berlin, Phill. 1672. (Rose 166)

180 × 260 mm.

Antypocras gl. Rose

23ʳ O rex et domine deus et pater unice trine
ac eterne decor linguam moderare doce cor
Insuper illustra mea metra. nec hoc peto frustra.
In medicos arma quia sumunt sic precor arma
(h) hec et cis asta ne vastet gens ea vasta.

hic invehitur actor contra invidiam
Me deus exaudi. livor et nōi audi
quod loquar et prope stes auresque novas mihi prestes
Quas si prestiteris scio quod cito magnificeris
Viribus internis succresceris infelix ut ardua ternis
Sed mage macresceris infelix quo mage cresceris
Excresceris ergo. cernens quod ardua pergo.

hic improbat aer. auctoritatem galieni quod dicit medicus quando sanas si causam ignoras
Hoc in sermone seu cause cognitione
Monstro posse bene curam fieri galiene
In medicamentis solis inhias elementis
Absque quibus cerdam nunquam reputas valituram
Quicquid enim texis totum conplebebitur ex his
hic elementalis tibi sepe fit exitialis
Sed si forte velis caruisse medendo querelis
Attende vires quas ex bonitate dei res
In se concipiunt per quas miracula fiunt
Multaque portenta quibus et parent elementa

hic probat aer. intentionem suam per exemplum experimentum theologicum de thobia
Mortiferis telis plagata domus raguelis
demum fit felix medicamento rap(corr. a.g.) hal[illegible]is
Thobiam raphael de pisce cor. et iecur. et fel
Sumere precipit pater eius felle recepit
Visum destructum vertens in gaudia luctum
Per fumum iecoris aufertur causa doloris
Sarre nubentis hostique uxor perimentis
Vix enervatur quando iecur igne cremator
Dic ergo si scis que sit complexio piscis.
Quo sic curatur cecus demonque fugatur
Sic in hoc pisce fuit in multis quoque disce
Vim fore celestem ptholomeum do tibi testem
Ac in tymeo platonem cum ptholomeo.